



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 108. Eduardi filii a Duce tanquam spurii falso infamati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

§. CVIII.

Sæcul. XV.
A. C. 1483.*Eduardi Filii a Duce tanquam Spurii
falso infamati.*

Glocestriensis, ut sibi per cruentas cædes viam ad Angliæ solium aperiret, in plurimos feralem mortis sententiam pronuntiabat, ac Riverium Comitem, Richardum Grayum, & Thomam Waghnamum, Regi summe addictos, ac proxime sanguine junctos, quos jam antea carceris squaloribus vexaverat, etiam interfici jubebat: Hastinum vero supremum regii cubilis Præfectum Turri inclusum capite plecti mandat, ejusque jussu Eboracensis Metropolita, Heliensis Episcopus, & Thomas Stanleyus in vincula conjiciuntur. Præterea in vulgus spargit, ambos juvenes Principes Eduardi IV. Filios ex spurio Patre natos fuisse, eoquod Rex defunctus, æque ac Clarentiæ Dux nequaquam ex legitimo Richardi Eboracensis Ducis thoro nati, sed ex variis, quos Ducissæ indulisset, procis adulterino concubitu suscepti fuissent. Nam Glocestriensis noverat, e re sua potissimum fore, si nepotes sui pro illegitimis haberentur: hinc omni studio spurias, quas Pater eorum contraxit, nuptias in memoriam revocare conatus est, contenditque, hunc, priusquam Reginæ

Hist. Eccles. Tom. XXX. K de-

Secul. XV.
A.C. 1483.

desponsaretur, jam clandestinis nupti
junctum fuisse cuidam foeminæ, quæ El
sabetha de Lucis nominata adhuc dum
ta supertes esset, idque sibi manifestatum
fuisse dicebat a Bathonenſi Episcopo
qui hosce Sponſos ſolemni precatione
conjunxiſſet. Hac calumnia fretus Glo
ceſtriæ Dux, regnum inſiſit, ac ſe
gitimum coronæ hæredem jactavit, cum
que Buckinghamus Regem proclamavit
populo exclamare juſſo: *Vivat Rich
ardus Rex.*

§. CIX.

*Uterque Eduardi Filius a Duce mor
trahitur.*

Uſurpato regno Gloceſtriæ Dux
mas eo curas intendit, ut Nepotes
ſuos, quorum natu major non niſi ab
rum regni ſui menſem numerabat, ne
daret, Jacobo Texelio nefandæ cædiſti
niſtro. Mitiori tamen crudelitatis ge
re adverſus juvenem Varvicenſem Com
tem defuncti Clarentiæ Ducis filium
batur; hunc enim in quadam arce capi
vum detineri juſſit. Sub idem quoque
tempus ad Britanniæ Ducem ſuos deſci
vit Legatos, ſupplices, ne Richemundum
Comitem e cuſtodia demitteret, et
penſiones ab Eduardo Rege defuncto pro
miſſas accurate perſoluturum pollicitus
Hiſce quoque Legatis negotium dederat.